A. D. 1913. Nrus V.

CURRENDA

LITTERAE APOSTOLICAE.

Indicitur universale Iubilaeum in memoriam pacis a Constantino Magno Imperatore Ecclesiae datae.

PIUS PP. X.

Universis Christifidelibus has Nostras litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem.

Magni faustique eventus commemoratio, quo sedecim abhinc saeculis pax tandem Ecclesiae concessa fuit, dum omnes catholicas gentes summa afficit laetitia, eisque pietatis opera suadet, Nos movet imprimis ad caelestium munerum thesauros aperiendos, ut ex huiusmodi solemnitate lecti uberesque fructus in Domino percipiantur.

Par enim atque item peropportunum videtur, Edictum a Constantino Magno Imperatore Mediolani promulgatum concelebrare, quod prope secutum est victoriam contra Maxentium, glorioso Crucis vexillo partam, et saevis in Christianos vexationibus finem faciens, illos in eam libertatem vindicavit, cuius pretium divini Redemptoris et Martyrum sanguis fuit. Tum demum militans Ecclesia primum ex iis triumphis egit, qui qualibet eius aetate omnigenas insectationes perpetuo subsequuntur, atque ex eo die potiora semper in humani generis societatem contulit beneficia. Nam

LIST APOSTOLSKI.

Ogłaszający powszechny Jubileusz na pamiątkę przywrócenia pokoju Kościołowi przez Cesarza Konstantyna Wielkiego.

PAPIEŻ PIUS X.

Wszystkim Wiernym to Pismo Nasze czytającym, pozdrowienie i Apostolskie błogosławieństwo.

Wspomnienie wielkiego i szczęśliwego zdarzenia, które przed 16-tu wiekami Kościołowi św. pokój dało, gdy wszystkie narody katolickie pobudza do najżywszej radości i wykonywania dzieł czynnej miłości, nakłania i Nas przedewszystkiem do otwarcia skarbnicy darów niebieskich, aby uroczystość ta przyniosła wszystkim wiernym najobfitsze owoce w Panu.

Jest bowiem rzeczą słuszną i sprawiedliwą, aby obchodzić uroczyście wydanie przez cesarza Konstantyna — po odniesionem przez znak Krzyża zwycięstwie nad Maxencyuszem — edyktu w Medyolanie, który położył koniec okrutnemu prześladowaniu Chrześcian, a dał im wolność, której ceną była krew Boskiego Zbawiciela i ŚŚ. Męczenników. Wtedy to święcił Kościół pierwszy z tych tryumfów, które zawsze i w późniejszych czasach następowały po prześladowaniach i od tej chwili mógł udzielać ludzkości coraz większych dobrodziejstw. Albowiem narody porzucały

homines superstitioso idolorum cultu paulatim relicto, tum legibus, tum moribus institutisque christianam vitae rationem magis ac magis amplexi sunt, atque ita factum est, ut iustitia simul et caritas in terris florerent.

Consentaneum igitur esse ducimus, hac felici occasione, qua tam egregium factum recolitur, Deum, Virginem Eius Genetricem et reliquos Caelites, Apostolos praesertim, etiam atque etiam adprecari, ut populi universi decus et honorem Ecclesiae instaurantes, ad tantae matris gremium confugiant, errores, quibus inconsulti fidei inimici eius claritati tenebras obducere nituntur, pro viribus depellant, Romanum Pontificem summa observantia colant, in catholica denique religione omnium rerum praesidium et columen fidenti animo intueantur. Tum sperare licebit, homines oculis ad Crucem denuo fixis, in hoc salutari signo et Christiani nominis osores et effraenatas cordis cupiditates omnino devicturos.

Verum quo humiles preces, in catholico orbe hac saeculari solemnitate adhibendae, spirituali fidelium bono satius cumulentur, eas Plenaria Indulgentia in forma Iubilaei locupletandas censuimus, omnes Ecclesiae filios vehementer hortantes, ut Nostris suas quoque supplicationes pietatisque officia coniungant, et hac eis oblata Iubilaei gratia in animorum emolumentum pariter atque in religionis utilitatem quam maxime fruantur.

Quare et Omnipotentis Dei misericordia ad Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa li-

powoli zabobonny kult pogańskich bożków, tak ustawodawstwo jak obyczaje i całe życie publiczne zaczęły opierać na zasadach Chrystusowych, skąd zakwitły na ziemi Sprawiedliwość i Miłość.

Uważamy tedy za rzecz bardzo odpowiednią, byśmy, korzystając ze szczęśliwej okazyi tej wspaniałej uroczystości, goręcej niż zwykle Boga błagając, Matki Najśw. i Świętych Pańskich a przedewszystkiem Świętych Apostołów wzywali, by wszystkie narody dążyły do przywrócenia Kościołowi należnej mu czci i dostojeństwa i by się rzucały w objęcia tej najlepszej Matki, by ze wszystkich sił odpychały od siebie błędy, którymi zaślepieni wrogowie wiary starają się zaciemnić świetność jego, by Rzymskiego Papieża otaczały najwyższą czcią, a w religii katolickiej widziały z całem zaufaniem opiekunkę i fundament wszystkich spraw. Wtedy będzie się można spodziewać, że ludzie zwrócą znowu swój wzrok na zbawienny znak Krzyża św. i że odniosą zwycięstwo tak nad tymi, którzy gardzą imieniem Chrystusowem, jak i nad niskiemi namiętnościami serc swoich.

Aby jednak pokorne modlitwy — z powodu tej uroczystości przez cały świat katolicki do Boga zanoszone — jak najwięcej duchowych korzyści wiernym przyniosły, pragniemy je wzbogacić udzieleniem zupełnego odpustu Jubileuszowego, przyczem wszystkich synów Kościoła napominamy, aby swe modlitwy i ćwiczenia pobożne z naszemi złączyli i z tej ofiarowanej im łaski Jubileuszu tak dla własnego dobra duchowego jak i dla dobra religii jak najobficiej korzystali.

Dlatego, ufni w Miłosierdzie Boże, a wsparci powagą Książąt Apostolskich Piotra i Pawła i po wysłuchaniu zdania

gandi solvendique potestate, quae Nobis licet immerentibus divinitus data fuit, atque auditis etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitoribus Generalibus, praesentium tenore omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus vel in hac alma Urbe Nostra degentibus, vel advenientibus ad eam, qui hoc vertende anno a Dominica in Albis, ex qua saecularia solemnia in Ecclesiae pacis memoriam incipient, usque ad festivitatem Deiparae Virginis ab Immaculata Conceptione inclusive, Basilicas S. Ioannis in Laterano, S. Petri Principis Apostolorum ac S. Pauli extra muros bis singulas adeant, et ibi aliquamdiu pro Ecclesiae catholicae et huius Apostolicae Sedis prosperitate et exaltatione, pro haeresum exstirpatione, et omnium errantium conversione, pro Christianorum Principum concordia et totius fidelium populi pace et unitate secundum mentem Nostram preces ad Deum effundant, ac semel intra huiusmodi temporis spatium, admissis rite expiatis, caelesti convivio se reficiant, atque insuper eleemosynam pro sua quisque facultate vel in egenos, vel, si malint, ad pias causas erogent, plenissimam omnium peccatorum Indulgentiam ad instar Iubilaei generalis concedimus et impertimus.

Iis vero, qui ad Urbem convenire nequeant, Plenariam eandem largimur Indulgentiam, dummodo sui loci templum vel templa, ab Ordinario semel tantum designanda, pari temporis intervallo, omnino sexies visitent, et alia pietatis opera, quae superius diximus, integre perficiant.

Veniam praeterea facimus, ut haec Plenaria Indulgentia etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari possit ac valeat.

Czcigodnych Braci naszych Kardynałów Inkwizytorów Generalnych, mocą przekazanej Nam niegodnym przez Boga władzy związywania i rozwiązywania, udzielamy odpustu zupełnego na wzór Jubileuszowego wszystkim wiernym obojej płci tak w mieście Naszem bawiącym jak i do niego przybywającym, którzy w roku bieżącym w czasie od Niedzieli Białej (in Albis), od której się rozpoczną uroczyste obchody na pamiątkę przywrócenia pokoju Kościołowi, aż do uroczystości Niep. Poczęcia Najśw. Maryi P. włącznie, nawiedzą po dwa razy Bazyliki: św. Jana Lateran., św. Piotra, Księcia Apostołów, św. Pawła za murami i tam pomodlą się przez pewien czas wedle Naszej intencyi, o powodzenie i wywyższenie Kościoła katolickiego i Stolicy Apostolskiej, o wytępienie herezyi i nawrócenie wszystkich błądzących, o zgodę książąt chrześcijańskich, o pokój i jedność ludów chrześcijańskich i bodaj raz w ciągu tego czasu, oczyściwszy się należycie z grzechów, do Stołu Pańskiego przystąpią, a ponadto złożą jałmużnę w miarę możności na ubogich lub, jeśli wolą, na jakiś cel pobożny.

Tym zaś, którzy do miasta Naszego przybyć nie mogą, udzielamy tego samego odpustu zupełnego, skoro w ciągu tego samego czasu w miejscu zamieszkania nawiedzą sześć razy kościół lub kościoły przez Ordynaryusza wskazane i spełnią ściśle wyżej polecone dzieła pobożne.

Odpust ten może być ofiarowanym za dusze w czyścu cierpiące.

Concedimus autem, ut navigantes et iter agentes, ubi ad sua domicilia seu alio ad certam stationem se receperint, operibus suprascriptis peractis, et visitata sexies ecclesia cathedrali vel majori aut parochiali loci eorum domicilii seu stationis, eandem Indulgentiam consequi licite queant.

Regularibus vero personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque sive laicis, sive ecclesiasticis, saecularibus vel regularibus, in carcere vel captivitate exsistentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quovis impedimento detentis, qui memorata opera, vel aliqua ex iis praestare nequeant, ut illa Confessarius in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt, cum facultate etiam dispensandi super Communione cum pueris, qui ad eam nonnondum admissi fuerint, concedimus item atque indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christifidelibus tum laicis, tum ecclesiasticis saecularibus vel regularibus, cuiusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, facultatem facimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemlibet presbyterum Confessarium saecularem seu regularem ex actu approbatis, et hac facultate fas sit uti etiam monialibus, novitiis. aliisque mulieribus intra claustra degentibus, dummodo Confessarius approbatus sit pro monialibus. Talis Confessarius eosdem vel easdem intra dictum temporis spatium ad confessionem apud ipsum peragendam accedentes animo praesens Iubilaeum consequendi, et reliqua opera ad illud lucrandum necessaria adimplendi, hac vice et in foro conscientiae dum-

Pozwalamy też, aby ci, którzy są w podróży na lądzie lub morzu, odpustu tego mogli dostąpić czy to w miejscu zamieszkania, czy gdziekolwiekbądź, skoro nawiedzą sześć razy kościół katedralny, lub główny, lub parafialny tego miejsca i spełnią wymienione dzieła pobożne.

Zakonnikom obojga płci, którzy nigdy klauzury nie opuszczają, jakoteż laikom i duchownym tak świeckim jak i zakonnym, będącym w więzieniu lub niewoli, lub złożonych chorobą albo doznającym innych przeszkód, którzyby z tych powodów wyżej wymienionych warunków zyskania odpustu, lub tylko niektórych z nich spełnić nie mogli, zezwalamy, aby Spowiednicy mogli im je zamieniać na inne pobożne dzieła, lub na najbliższy czas je odłożyć, nakładając im takie obowiązki, jakie spełnić mogą; dajemy też spowiednikom władzę uwolnienia (dyspensowania) od obowiązku przystąpienia do Komunii św. tych dzieci, które do niej jeszcze dopuszczone nie zostały.

Nadto pozwalamy, aby wszyscy wierni, laicy i duchowni, świeccy czy zakonni jakiegokolwiekbądź Zakonu czy Zgromadzenia lub Instytutu, także i tacy, których należy imiennie wymienić, wybrać sobie mogli dowolnie spowiednika świeckiego lub zakonnego, byle aprobowanego; dotyczy to również zakonnic, nowicyuszek i innych niewiast w klasztorach bawiących, byle spowiednik miał pozwolenie spowiadania zakonnic. Spowiednik taki ma na ten raz władzę tych, którzy w wymienionym czasie przystąpią do Spowiedzi św. w zamiarze zyskania odpustu Jubil. i spełnienia wymienionych warunków, rozgrzeszyć ale tylko in foro conscientiae, od exkomuniki, suspenzy i innych kar i cenzur kościelnych, ustanowionych lub nałożo-

taxat ab excommunicationis, suspensionis et aliis eccesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis vel inflictis, etiam Ordinariis locorum et Nobis, seu Sedi Apostolicae etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae *speciali licet modo* reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae, ut praefertur, reservatis, iniuncta ipsis poenitentia salutari, aliisque de iure iniungendis, et si de haeresi agetur, abiuratis prius et retractatis erroribus, prout de iure, absolvere; nec non vota quaecumque etiam iurata ac Sedi Apostolicae reservata (exceptis semper castitatis, religionis et obligationis, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de praeiudicio tertii, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refrenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare, et cum poenitentibus huiusmodi in sacris Ordinibus constitutis, etiam regularibus, super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem Ordinum et ad superiorum assecutionem dumtaxat contracta, dispensare possit ac valeat.

nych dla jakiejkolwiek przyczyny czy to przez prawo, czy przez Zwierzchnika kościelnego popadli, także i od zastrzeżonych Ordynaryuszom lub Nam czyli Stolicy Apostolskiej choćby w szczególny sposób (speciali modo), a od których w innych razach nie mogą rozgrzeszać, choćby posiadali jak najobszerniejsze władze. Mogą oni nadto rozgrzeszać ze wszystkich grzechów jakkolwiek wielkich i ciężkich, choćby były zastrzeżone Biskupom lub Nam i Stolicy Apostolskiej, po nałożeniu zbawiennej pokuty i wszystkich warunków, które prawo w odnośnym wypadku nakładać nakazuje; a gdyby się rozchodziło o zbrodnię herezyi, przed udzieleniem rozgrzeszenia mają żądać odwołania i wyrzeczenia się błędów, jak się tego domaga prawo. Spowiednikom tym udzielamy nadto władzy zamieniania na inne pobożne i zbawienne dzieła wszelkich ślubów, chociażby były złożone pod przysięgą lub Stolicy Ap. zastrzeżone; wyjętymi jednak zostają śluby: dozgonnej czystości, wstąpienia do zakonu i zobowiązania, które przez trzecie osoby zostało przyjęte, lub w których rozchodzi się o prawa osób trzecich, — lub śluby, przez które ktoś się zobowiązał przyjąć na siebie karę celem ustrzeżenia się przez to od ponownego popadnięcia w grzech, chyba, że zamiana byłaby tego rodzaju, że niemniejby od tego powstrzymywała jak ślub poprzedni. Odnośnie do tych penitentów nawet zakonnych, którzy przyjęli święcenia, spowiednicy mają władzę dyspensowania od tajnych wadliwości (occulta irregularitate), które nie pozwalają na wykonywanie ze święceniem tem złączonych czynności i na przyjęcie święceń wyższych stopni.

Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate, sive ex delicto sive ex defectu, vel publica vel occulta aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV. decessore Nostro, quae incipit „Sacramentum poenitentiae", neque demum easdem praesentes iis, qui a Nobis et Apostolica Sede vel aliquo Praelato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra praedictum tempus satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere. Quod si intra praefinitum terminum, iudicio Confessarii, satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi indulgentias Jubilaei, iniuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

Nie mamy jednak zamiaru przez to pismo Nasze udzielania dyspenzy od innych jakichkolwiek wadliwości (irregularitates) czy to pochodzących z występku (ex delicto), czy z braku (ex defectu), tak publicznych jak i tajnych, lub innej nieudolności (incapacitate aut inhabilitate) jakiekolwiek źródło mających, ani też udzielenia władzy do dyspensowania od nich w jakiejkolwiek formie, choćby się rozchodziło tylko o dyspensowanie w Sakramencie Pokuty (in foro conscientiae). — Nie mamy też zamiaru niniejszem pismem czynić ujmy Konstytucyi Poprzednika Naszego Benedykta XIV. „Sacramentum poenitentiae" i złączonym z nią orzeczeniom, również z pisma tego nie mogą i nie powinni korzystać ci, którzy przez Nas i przez Stolicę Apostolską, albo przez jakiego zwierzchnika lub Sędziego kościelnego imiennie zostali wyklęci, suspendowani, obłożeni interdyktem, lub też w inny sposób popadli pod kary i cenzury kościelne i jako tacy publicznie ogłoszeni zostali, chyba że dadzą zadośćuczynienie w oznaczonym czasie i, gdzieby tego była potrzeba, pogodzą się ze stronami interesowanemi. Gdyby to w oznaczonym czasie według zdania spowiednika nastąpić nie mogło, pozwalamy na ich rozgrzeszenie tylko „in foro conscientiae", aby odpust Jubil. zyskać mogli, z obowiązkiem zadośćuczynienia w jak najkrótszym czasie.

Quapropter in virtute sanctae obedientiae praesentium tenore districte praecipimus, atque mandamus omnibus Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis et Officialibus, vel, ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut quum praesentium Litterarum transsumpta aut exempla etiam impressa acceperint, illa per

Dlatego pod obowiązkiem świętego posłuszeństwa polecamy i nakazujemy niniejszem pismem wszystkim Ordynaryuszom, ich Wikaryuszom, Oficyałom, lub gdyby tych nie było, duszpasterzom, aby pismo to wszędzie ogłosili i o tegoż ogłoszenie się postarali i nakazali przygotować możliwie najlepiej wiernych do Jubileuszu przez kazania, oraz by

suas ecclesias ac dioeceses, provincias, civitates, oppida, terras et loca publicent, vel publicanda curent, populisque etiam verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite praeparatis, ecclesiam seu ecclesias visitandas, ut supra, designent.

wyznaczyli kościół lub kościoły, które wierni nawiedzić mają.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes vel dissimiles indulgentiarum et facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio vel specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint; nec non regula de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum sive Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus et Institutis illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressos, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter nominatim et expresse ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Pomimo Konstytucyi i zarządzeń Apostolskich, przedewszystkiem tych, które możność rozgrzeszania w pewnych wymienionych wypadkach w ten sposób każdemu Biskupowi Rzymskiemu zastrzegają, że nawet podobne czy inne udzielone odpusty i władze nikomu nie mogą przysługiwać, chyba, że o nich jest wyraźna wzmianka lub specyalny wyłom uczyniony; pomimo zasady, która nie pozwala na udzielanie odpustów „ad instar“ — pomimo statutów jakichkolwiek Zakonów, Kongregacyi i Instytucyi nawet przysięgą umocnionych, zatwierdzeniem Apostolskiem lub jakąkolwiek inną powagą; pomimo zwyczajów oraz przywilejów udzielonych a Pismami Apostolskiemi Zakonom, Kongregacyom i Instytucyom lub osobom do nich należącym w jakikolwiek sposób przyznanych, zatwierdzonych i wznowionych; pomimo to wszystko razem i mimo każde z osobna, choćby o nich i ich całej treści należało uczynić szczególną, wyraźną i dla każdego oddzielną wzmiankę — a nie w klauzulach ogólnych to samo mówiących, lub choćby należało dać wyraźną jakąś wskazówkę lub zachować jakąś przepisaną formę, to jednak w tem obecnem Piśmie, uznając jego treść (myśl) za dostatecznie wyrażoną, a formę w nich przekazaną za zachowaną, tym razem szczególnie, imiennie i wyraźnie — dla osiągnięcia powyższych skutków usuwamy.

Ut denique praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, vo-

Aby wreszcie to Nasze Pismo, które w każdem miejscu osobno doręczonem być nie może, tem łatwiej do wiado-

lumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VIII. martii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno X.

De speciali mandato Ssmi.

L. † S. R. Card. *Merry de Val*, a Secretis Status.

mości wszystkich doszło, jest naszą wolą, aby jego egzemplarze czyto w odpisach, czy drukowane, przez Notaryusza publicznego podpisane i opatrzone pieczęcią osoby piastującej godność kościelną, wszędzie, na każdem miejscu i u wszystkich taką samą znajdowały wiarę, jakąby znalazło niniejsze Nasze Pismo, gdyby Jego oryginał komuś wprost przesłano lub okazano.

Dan w Rzymie u Ś-go Piotra pod pieczęcią Rybaka dnia 8. marca 1913, rządów Naszych 10-go.

Ze szczególnego Polecenia Ojca Św.

L. S. R. Kard. *Merry de Val*, Sekretarz Stanu.

W najbliższą niedzielę po otrzymaniu niniejszej Kurendy należy odczytać powyższe pismo Apostolskie i wyłożyć wiernym znaczenie i warunki dostąpienia odpustu jubileuszowego, którego można uzyskać aż do ósmego grudnia raz jeden tylko dla siebie lub dla dusz w czyśmu cierpiących.

Warunki uzyskania odpustu są następujące:

1. Odwiedzić 6 razy kościół parafialny względnie filialny. — Zakonnice klauzurowe, mające swój własny kościół lub kaplicę, w której wolno przechowywać Przenajświętszy Sakrament, mają 6 razy odwiedzić ów kościół lub kaplicę. — Osobom chorym, nie mogącym odwiedzić kościoła, mogą spowiednicy zamienić ten warunek zyskania odpustu jubileuszowego na inny dobry uczynek

2. W czasie przepisanego odwiedzenia kościoła należy się pomodlić według intencyi Ojca św. o wywyższenie Kościoła i Stolicy św., o wytępienie herezyi i nawrócenie grzeszników, o zgodę książąt chrześcijańskich, o pokój i jedność narodów chrześcijańskich.

3. Odprawić dobrą spowiedź.

4. Przyjąć godnie Komunię św. — Dzieciom, które jeszcze nie przystąpiły do Stołu Pańskiego, mogą spowiednicy udzielić dyspenzy od przepisanej Komunii św. celem uzyskania tego odpustu.

5. Dać stosownie do zamożności jałmużnę ubogim lub ofiarę na jakiekolwiek pobożne cele.

Porządek, w jakim mają być dopełnione powyższe warunki, zostawiony jest uznaniu i wyborowi każdego z wiernych. Jednak należy koniecznie prze-

strzegać, jak zawsze w podobnych wypadkach, żeby przynajmniej przy dopełnieniu ostatniego warunku znajdować się w stanie łaski.

* * *

Nadto postanawiamy, aby we wszystkich kościołach Dyecezyi Naszej duszpasterze i rządcy kościołów urządzili w jedną z niedziel dowolnie wybranych przed dniem 8. grudnia b r. dziękczynną sumę przed wystawionym w monstrancyi Najświętszym Sakramentem, z kazaniem o znaczeniu tej wielkiej rocznicy, a po sumie odśpiewać należy hymn: „Te Deum laudamus".

Jest też naszem życzeniem, aby 1. wszędzie, gdzie to jest możliwe, przygotowano o tej rocznicy popularne odczyty w domach parafialnych, ochronkach, czytelniach, szkołach i t. p.; 2. w każdej parafii odbyła się jedna uroczysta procesya pod przewodnictwem duszpasterza, względnie duszpasterzy, do sąsiedniego kościoła parafialnego lub filialnego. Jednak wzięcie udziału w takiej procesyi, a także i sama ta procesya, nie jest warunkiem koniecznym dostąpienia tego jubileuszowego odpustu i liczy się za jedno odwiedzenie kościoła.

Nrus 3279.

Visitatio canonica Decanatus Łącensis.

1. Die 3. Julii a. c. horis vespertinis ad Jazowsko veniemus ibique diebus 4. et 5. Julii a. c. sacris functi officiis, die 5. Julii horis pomeridianis ad Przyszowa discedemus.
2. Diebus 6. (consecr. Ecclae) et 7. Julii in Przyszowa,
3. Die 8. Julii in Łukowica,
4. Die 9. Julii in Czarny Potok,
5. Diebus 10. et 11. Julii in Łącko,
6. Diebus 12. et 13. Julii in Kamienica,
7. Die 14. Julii in Ochotnica dolna,
8. Die 15. Julii in Ochotnica górna,
9. Diebus 16. et 17. Julii in Krościenko,
10. Die 18. Julii in Sromowce niżne,
11. Die 19. Julii in Szczawnica et
12. Die 20. Julii in Tylmanowa.

Durante visitatione omnes P. T. Sacerdotes dioecesani sumant — permittentibus rubricis — quotidie in Missa collectam: *De Spiritu sancto.*


Theses pro Congregationibus decanalibus a. 1913. celebrandis.

I. **E Theologia dogmatica.** Probetur thesis: Fidelibus peccatoribus jure divino officium incumbere confitendi omnia et singula peccata gravia post Baptismum commissa.

II. **E Theologia morali:** Quomodo fieri debet restitutio famae? an simul cum redintegratione famae adsit obligatio reparandi cetera damna, si quae e detractione sequuta sint?

III. **Ex Jure canonico:** Qualem innovationem in legislatione ecclesiastica quoad formam celebrationis sponsalium et matrimonii induxit Decretum „*Ne temere*"?

IV. **E Theologia pastorali:** Jakie przymioty powinien posiadać styl kaznodziejski?




Rekolekcye kapłańskie

odbędą się w bieżącym roku:

1. **W Nowym Sączu**, w klasztorze OO. Jezuitów, od dnia 7. lipca (wieczorem) do 11. lipca (rano).

2. **W Tarnowie**, w Seminaryum duchownem, od dnia 22. września (wieczorem) do 26. września (rano).

P. T. kapłani, chcący wziąć udział w tych świętych ćwiczeniach, powinni się zgłosić pisemnie kilka dni wcześniej do Rektoratu OO. Jezuitów w Nowym Sączu, względnie do Rektoratu Seminaryum duchownego w Tarnowie.



Ordines majores.

Notum Vobis facimus, Fratres Venerabiles, Nos die 29. Junii a. c. SS. Apostolorum Petri et Pauli solemni in Eccl. paroch. S. Familiae in Hac Nostra Civitate Episcopali RR. DD. Diaconos et Seminarii Nostri alumnos ad S. Presbyteratus ordinem esse promoturos.

Hi autem sunt: Bączewski Stanislaus, n. in Borzęcin; Chmiel Joannes Casimirus, n. in Niechobrz, par. Zgłobień, dioec. Premisliensis; Dąbrowski Michaël Franciscus, n. in Stary Sącz; Duchiewicz Romanus, n. in Pilzno; Gajek Josephus, n. in Buczyna, par. Sobolów; Habela Marianus Theodorus, n. in Nowy Sącz; Japoł Stanislaus Casimirus, n. in Stary Sącz; Kornaus Adalbertus, n. in Zaczarnie, par. Lisiagóra; Mijak Joannes Michaël, n. in Przeczyca, dioec. Premisl.; Mróz Valentinus, n. in Wola Rzędzińska; Potoniec Joannes Petrus,

n. in Kadcza, par. Jazowsko; Prokopek Vincentius, n. in Borzęcin; Pyzikiewicz Leo Joannes, n. in Rzochów; Rajca Petrus, n. in Zalipie, par. Gręboszów; Rapacz Andreas, n. in Jurków ad Dobra; Skibniewski Aloisius, n. in Bochnia; Słonina Adalbertus, n. in Bratucice, par. Okulice; Sokołowski Joannes, n. in Ropczyce; Teper Joannes, n. in Jeżów, par. Wilczyska; Trojnacki Miecislaus Joannes, n. in Włostów in Regno Poloniae; Warecki Petrus, n. in Radgoszcz.

Quorum nomina populo fideli post concionem die 22. Junii a. c. sunt publicanda et ad Sacerdotium promovendi fervidis orationibus commendandi.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nominati: Cubicularii ad honores Suae Sanctitatis Pii PP. X. Rvmi DD.: Chendyński Ladislaus, canonicus gremialis Eccl. cathedralis; Sękowski Andreas, Decanus et Parochus in Nowy Wiśnicz et Mazur Gasparus, Pater spiritualis Seminarii dioecesani.

Notarius decan. Bobovaënsis A. R. D. Bach Joannes, Par. in Wilczyska.

Decorati: A. R. DD. Halak Petrus, par. in Gręboszów; Łazarski Casimirus, par. in Limanowa, privil. Rocch. et Mantell. et Stasiński Joannes, Par. in Wielogłowy, usu Exp. canon.

Instituti: A. R. DD. Wcisło Valentinus, Coop. exp. in Tuszów narodowy, ad benef. in Chomranice; Prokopek Josephus, resign. par. in Rzezawa, ad benef. in Olszówka; Kaliciński Casimirus, Coop. in Nowy Wiśnicz, ad benef. in Biesiadki.

Praesentati: RR. DD. Pabis Joannes, Capell. et Director scholae claustr. VV. Clarissarum Vetero-Sandeciae, pro benef. in Skrzyszów; Padykuła Josephus, par. in Rajbrot, pro benef. in Rzezawa.

Libere resignarunt beneficio: A. R. DD. Paczyński Michaël, Par. in Trzciana; Heller Adam, Par. in Okocim et pane emerit. provisus; Sawiński Joannes, Par. in Szczawnica et pane emerit. provisus.

Libere resignavit praesentationi ad benef. in Tropie: R. D. Wolski Bartholomaeus, administr. eiusdem beneficii.

Constituti: A. R. DD. Paczyński Michaël, resign. Par. in Trzciana, admin. vac. benef. in Tropie; Wolski Bartholomaeus, admin. in Tropie, admin. vac. benef. in Trzciana; Mazur Romanus, Par. in Brzesko, admin. excurr. vac. benef. in Okocim; Bardel Josephus, Coop. in Czchów, administr. excurr. vac. benef. in Złota et Pragłowski Joannes, Coop. in Baranów, Cooper. expos. in Tuszów narodowy.

Examen promovendorum ad benef. curata e S. Scientia feliciter subierunt: RR. DD. Odziomek Antonius, Capell. Illmi Ord. et Registrator Curiae

Eppalis; Jaroch Andreas, Coop. exp. in Gołkowice polskie et Kloch Josephus, Coop. exp. in Trzetrzewina.

Translati: RR. DD. Wieczorek Paulus, Coop. in Bolesław ad Szczurowa, Habas Franciscus, Coop. in Szczurowa, ad Nowy Wiśnicz; Kaczmarczyk Josephus, Coop. in Nockowa, ad Bolesław; Dutkiewicz Florianus, admin. vac. benef. in Biesiadki, ad Nockowa; Łącki Franciscus, Coop. in Zgórsko, ad Szczucin; Pilch Ludovicus, Coop. in Szczucin, ad Radłów; Kołodziej Martinus, Coop. in Radłów, ad Baranów.

Applicatus: R. D. Sikorski Franciscus, temporan. defic., ad Zgórsko.

Curant valetudinem: RR. DD. Gutfiński Franciscus, Coop. in Niedźwiedź et Garlik Ladislaus, Coop. in Bobowa.

Piis ad aram precibus commendantur:

Anima p. m. Kubas Stanislai, emer. Cooper., qui die 24. Februarii a c. pie in Domino obdormivit. Societati precum adscriptus.

p. m. Ptaszkowski Antonii, Par. in Łapczyca, qui die 27. Februarii a. c. pie in Domino vita functus est. Societati precum adscriptus.

p. m. Ziołowski Ignatii, Par. in Złota, qui die 17. Martii a. c. pie in Domino supremum obiit diem.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 21. maja 1913.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie